



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

Coloniæ Agrippinæ, 1687

De distractionibus & modis eas repellendi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](#)

pro hocce exercitio industria adhibenda , sie tamen , ut amplius quis auxilio divino innitat , plurisque aestimet unicam bonam cogitationem , quæ ab ipso cum gustu & sapore pro manat , quam cunctos conceptus politissimos , quos habere potest ex seipso .

CAPUT XX.

*De DistrACTIONibus , & modis
eas repellendi .*

Ubi nunc sigillatim quamlibet ex prædictis tribus viis exponere cogitamus , in prima statim , quæ communis est , occurrit nobis necessitas exponendi , quomodo quis gerere debet , ubi patitur distractiones , de his enim *Ordo huc magis ordinariè conqueruntur , qui per viam jux capitis istam incedunt .* Primò igitur dicemus , quæ sint causæ , ex quibus nascuntur distractiones . Secundò quomodo decipient , ex improviso occupent , atque aliò avocent animum . Tertiò quomodo illas debeamus abigere . Quartò exponemus remedia antecedentia , quæ oportet adhibere , ac denique defectus , quos quis hac in re posset committere , ut illos ubi cognoverimus , evitare possimus .

Necesse non videtur exponere , quid sit esse distractum , nimium enim quantum experimur , atque animadvertissemus esse , ubi quis manere difficulter potest recollectus , atque interiorius occupatus , ob multiplicem copiam extravagantium cogitationum , quas nobis suggerit imaginatio , pro eo , quod nos quietè ac tranquillè

*Quid sit
distractio .*

quillè in meditationem subjectæ materiæ in-
cumbere sinat. Verum exponendum nunc
est

Undenam proveniant distractiones?

1. **N**ascuntur, uti insinuavimus, ex nimia ^{Prima} libertate, quam indulgemus sensibus ^{causa ni-} nostris videndi, legendi, indagandi, & curio ^{mia sen-} sè loquendi de pluribus rebus supervacaneis ^{suum ef-} ut imaginatio omnigenis speciebus & impres- ^{fusio.}
sionibus instructa atque impedita animo que-
tem relinquere non possit.

Secundò nascuntur ex eo, quod in cordibus ^{2. Multi-} nostris fovemus nimiam multitudinem vano ^{tudo va-} rum atque inutilium desideriorum, aut quod ^{norum} affectu vehementiori rem quampiam, etiam ^{desiderio-} bonam, prosequimur, quia juxta Salvatoris ^{rum, aut} nostræ sententiam: *De corde exenti cogitatio inordinati*
nes: quod si desideria sint nimis multiplicata, ^{Matth.}
fieri non poterit, quin etiam nimietate diver- ^{15,10.}
farum conturbemur cogitationum, ac tametsi
vel ad unicam creaturam affectu ferremur in-
ordinato, ille ad impediendam nostram in o-
rando tranquillitatem sufficeret.

Tertiò proveniunt ex levitate & vivacitate ^{3. Levitas} humani animi & intellectus, qui considera- ^{animi.}
tioni alicujus materiæ intendere nequit, quin
statim ab una in alteram quasi saltaret, atque
ex hac tertiam effingat, adeoque cùm ex omni-
bus ratiocinari velit, sensim sine sensu à mate-
ria proposita avellitur, tandemque perit, ac sui-
ipsius immemor effectus ignorat quò deve-
rit.